

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Urkunden und Akten der Stadt Strassburg

Politische Urkunden von 1266 bis 1332

Wiegand, Wilhelm

Straßburg, 1886

1311

[urn:nbn:de:bsz:31-326704](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-326704)

accedente, quod nedum medietas omnium oblacionum obventionum ex quacunque causa provenientium intuitu et contemplatione dicte . . . thesaurarie conquirendorum et conquirendarum seu etiam jam conquisitorum et conquisitarum pro indiviso cedere habet^a canonicis dicte ecclesie sancti Petri secundum consuetudinem in dicta
 5 ecclesia hactenus laudabiliter observatam, sed etiam medietas omnium funeralium pro indiviso, que obveniunt et que ratione funeris deferuntur intuitu et contemplatione thesaurarie prefate. ipsam dignitatem . . . thesaurarie necnon futurum . . . thesaurarium, qui eligitur ad eandem . . . thesaurariam, ad observandum hujusmodi statutum astringimus per presentes. in hujus rei geste evidens testimonium pre-
 10 sentes litteras nostri . . . capituli sigilli munimine fecimus roborari. actum anno domini 1311 feria tertia post dominicam, qua cantatur Quasimodogeniti.

T aus Straßb. Thom. A. lad. hist. eccles. 13 or. mb. c. sig. pend.

239. *Vor dem Straßburger Hofrichter doliren der Ritter Johann in Kalbsgasse und seine Schwester Phyna ein Armen-Hospital und setzen mehrere Legate aus.*
 15 *1311 Mai 8.*

In nomine domini amen. coram nobis . . . iudice curie Argentinensis constituti Johannes dictus in Kalbesgasse miles Argentinensis et Phyna soror ejus carnalis considerantes et attendentes, quod per caritatis opera conservatur humanitas, placatur deus et peccatorum venia impetratur, cupientes eciam de bonis sibi a deo collatis
 20 in eundem referre, qui ait: quod uni ex minimis meis fecistis, michi fecistis, idcirco manibus coadunatis et unanimi voluntate de bonis suis communibus quatuor areas suas contigue sitas ac unam aream prope dictas areas sitam cum omnibus super eisdem areis edificatis juribus et attinenciis suis in civitate Argentinensi ex
 25 opposito ecclesie sancti Thome Argentinensis ultra fluvium, qui dicitur die Brüsche, ex superiori parte prope domum dictam zû dem Swederich et ex parte inferiori prope domum . . . dicte Twingerin et tendunt retro super stratam publicam¹, ad usus pauperum infirmorum sub modis infrascriptis ex causa donationis pure simplicis et irrevocabilis inter vivos pro synodochio seu hospitali infirmorum deputaverunt et donaverunt simpliciter propter deum, ita videlicet, quod de bonis infrascriptis, que
 30 modo et causa quibus supra eciam dicto hospitali sive synodochio deputaverunt, reservato sibi pro tempore vite ipsorum tantum usufructu eorundem honorum, pro annuo censu quinque solidorum denariorum Argentinensium eidem hospitali annis singulis interim, dum vixerint, de eisdem bonis solvendorum donaverunt simpliciter et irrevocabiliter ac eadem bona et eorum dominium vel quasi ac omne jus ipsis in
 35 eisdem hactenus ex causa et modis quibuscumque competens in manus nostras nomine dicti hospitalis resignaverunt et per porrectionem calami tradiderunt ac a nobis nomine dicti hospitalis pro censu predicto ad vitam suam tantum receperunt,

a) *Vielleicht verschrieben für debet?*

¹ *Vergl. Straßb. Gassen- und Häusernamen i. Mittelalter, S. 165 u. 166.*

ac de aliis, que inspirante domino largitione fidelium et aliis justis modis quibus-
cumque eidem synodochio accesserint, recipiantur serventur procurentur et pascan-
tur perpetuo ad minus decem et plures, quantum se ejusdem hospitalis facultates
extendent, pauperes et infirmi tanta debilitate et paupertate gravati, qui non habent
aliunde, de quo vivant, nec elemosinam possint querere hostiatim. cum quibus
voluerunt in eodem synodochio et de bonis ipsius semper haberi unum sacerdotem,
cui in obsequium infirmorum unum famulum et duas ancillas voluerunt continue
deputari. pro quarum personarum tam egrorum quam etiam ministrorum necessitati-
bus et expensis donaverunt et deputaverunt, ut predictum est, in synodochio pre-
dicto bona inferius specificata. ad cujus etiam sacerdotis necessitates sublevandas
preter victum cottidianum, quem, ut predictum est, de synodochio habebit, recipiat
redditus annuos viginti quartalium tritici et siliginis equaliter utriusque de bonis in
Rinsteten ipsum Johannem militem contingentibus, quos etiam ad hoc predicto
sacerdoti specialiter deputavit. ad hec voluerunt predicti Johannes et Phyna statue-
runt et ordinaverunt, quod singulis annis in commemoratione omnium animarum perpetuo
octo libre denariorum Argentinensium, qui census nomine de curia dicta zû dem temple¹
sita in civitate Argentinensi in vico dicto Kalbesgasze ipsis debentur, in emptionem
pannorum ad vestiendum pauperes aliquot extra dictum hospitale ubilibet exponantur.
cujus rei curam Phyna predicta cum consensu fratris sui predicti sibi reservavit pro tem-
pore vite sue; post mortem vero suam predicti panni distribuentur pauperibus loco et modo,
prout ipsa Phyna adhuc vivens duxerit providendum. et ad hujusmodi pie subven-
tionis usum redditus octo librarum predictos ex causa et modis, quibus supra, sim-
pliciter et absolute donaverunt et tradiderunt per porreccionem calami predictam ac
perpetuo deputaverunt. consenserunt etiam et voluerunt, ut bonorum et reddituum
supradictorum hospitali predicto, reservato ipsis ad tempus vite sue usufructu, ut
prescriptum est, donatorum medietas uno ex eis decedente, et altero sive superstitie
ex eisdem decedente reliqua medietas et ipsa bona omnia cum omni jure, quo ipsi
eadem communiter tenuerunt et possederunt et ad ipsos pertinebant, cedant ipso
facto libere et absolute hospitali predicto, contradictione cujuslibet non obstante. Jo-
hannes quoque predictus redditus annuos quinquaginta et duorum quartalium et
trium sextariorum tritici et siliginis, quos habet, ut asseruit, in banno ville Üten-
heim, reservato sibi usufructu eorundem ad tempus vite sue tantum, cum omni jure,
quo dicti redditus ad ipsum hactenus pertinebant, donavit et per porreccionem
calami tradidit simpliciter et irrevocabiliter ex causa et modis quibus supra ita, ut
de illis redditibus singulis septimanis in feria sexta perpetuo unum quartale in pane
distribuatur pauperibus aliis extra hospitale prefatum in loco et modo, quibus ipsa
Phyna decreverit ordinandum. supplicaverunt igitur reverendo in Christo patri
domino Johanni Argentinensis ecclesie episcopo, ut prescriptam sue devotionis dona-
tionem voluntatem et ordinationem ad honorem omnipotentis dei, sancte sue geni-
tricis Marie semper virginis, beati Andree apostoli et omnium electorum dei nomine,

¹ Vergl. Straßb. G. u. HN. i. M. S. 89.

quo supra, suscipiat et ea faciat robur debitum perpetuo obtinere¹. synodochium namque predictum personas et omnia sua bona mobilia et immobilia, presentia et futura, in rebus ecclesiasticis et jure ecclesiastico voluerunt ammodo haberi et petiverunt ea ita censi, ut predicto domino nostro episcopo et ejus successoribus
 5 Argentinensis ecclesie episcopo semper subsint juxta sacrorum canonum instituta ac ecclesiastica emunitate gaudeant et fruantur. ceterum coram nobis . . . judice predicto constituti predicti Johannes miles et Phyna in remedium animarum suarum et simpliciter propter deum redditus annuos perpetuos septem librarum denariorum Argentinensium, quos se dicebant habere super duabus domibus et areis cum
 10 omnibus suis edificiis juribus et attinenciis dictis zû hern Diemen sitis in civitate Argentinensi prope domum dictam zû dem gûldin schâffe², religiosis dominabus . . . abbatisse . . . priorissis et conventibus monasteriorum sanctorum et sanctarum Clare an dem werde, Johannis, Katherine, Marci, Elysabet, Angnetis et Margarete sitorum extra muros Argentinenses cuilibet eorundem monasteriorum seu personis in quolibet
 15 eorum domino famulantibus unam libram denariorum Argentinensium de redditibus dictarum septem librarum legaverunt et causa mortis deputaverunt seu donaverunt³ sic, quod . . . abbatisa necnon . . . priorissa et conventus monasteriorum predictorum perpetuo singulis annis in anniversariis Johannis et Phyne predictorum dictos septem librarum redditus de domibus et areis cum suis attinenciis predictis vel
 20 medietatem reddituum eorundem, uno ex eisdem Johanne et Phyna decedente, recipient percipient et deducant pro pictantia in refectoriis earundem, supplicantes devotione, qua poterant, ut ipsorum de sero cum vigiliis et de mane cum missis pro defunctis ac aliis bonis et orationibus memoriam habeant post ipsorum obitum, quemadmodum anniversaria peragi solent et celebrari. item legaverunt deputaverunt
 25 et modo ac causâ, quibus supra, donaverunt personis et locis, apud quas et que suam ecclesiasticam elegerint sepulturam, redditus annuos perpetuos quinque librarum denariorum Argentinensium, quos se asserebant habere super domo et area dicta zû dem lowen⁴ cum omnibus suis edificiis juribus et attinenciis sitis in civitate Argentinensi prope pontem sancti Nicolai, sub modo infrascripto, videlicet
 30 quod medietas dictarum quinque librarum in anniversario unius ex eisdem Johanne et Phyna et reliqua medietas earundem quinque librarum in anniversario alterius personis, apud quas suam elegerint sepulturam, in ipsarum refectorio pro pictantia ministrentur, affectantes et rogantes, ut dicte persone de sero cum vigiliis et in mane cum missis pro defunctis ipsorum memoriam habeant, prout fieri est consuetum.
 35 quorum omnium reddituum predictorum distributionem et amministrationem in modum predictum faciendam . . . priorisse monasterii sancte Angnetis, que pro tempore fuerit, aut alteri priorisse vel persone, quam dicta Phyna ad hoc duxerit deputandam et constituendam, presentibus commiserunt. hujus autem legati et pie

¹ Vergl. nr. 290.

² Vergl. Straßb. G. u. HN. i. M. S. 89.

³ Zu dieser und der folgenden Schenkung vergl. UB. III, 211 nr. 689.

⁴ Vergl. Straßb. G. u. HN. i. M. S. 142.

ordinacionis quantum ad ipsorum anniversaria peragenda . . priorem et suppriorem fratrum predicatorum domus Argentinensis, qui pro tempore fuerint, executores presentibus constituerunt, dantes eisdem et cuilibet ipsorum in solidum ita, quod non sit melior condicio occupantis, plenam et liberam potestatem et mandatum speciale, legatum predictum ac omnia alia premissa fideliter exequendi, agendi contra omnes
 5 hoc presens suum legatum seu testamentum ordinationem et voluntatem impedire volentes, ipsosque coercendi et compellendi coram iudicibus quibuscumque, prout viderint expedire, ut ab huiusmodi impedimento desistant et ut ipsorum legatum seu testamentum ac omnia premissa juxta ipsorum voluntatem et dispositionem debitum sortiantur effectum, ac omnia alia et singula faciendi, que circa premissa
 10 fuerint oportuna. insuper voluerunt statuerunt et ordinaverunt, quod omnia premissa, prout supra narrata et scripta sunt, sint ipsorum ultima voluntas et quod valeant, prout de jure vel de facto melius subsistere possunt et debent. omnia igitur et singula suprascripta per ipsos, ut prescriptum est, communiter vel divisim facta donata et tradita voluerunt et preceperunt a suis heredibus et successoribus quibuscumque
 15 ab intestato vel ex testamento vel alias undecumque venientibus rata perpetuo et firma teneri et inviolabiliter observari, inhibentes, ne quis eorum contra illa vel aliqua ex eis per se vel per alium in iudicio vel extra faciat vel veniat, aut fieri vel veniri aliqua de causa vel aliquo ingenio procuret. et contrarium facientes hereditate sua, quam ab intestato vel ex testamento post mortem suam in quibuslibet
 20 bonis suis et ab ipsis relictis capere quovis jure et modo possent et deberent, carere voluerunt et eos exnunc propter hoc exheredaverunt et ab eadem hereditate excluderunt et exclusos esse voluerunt in hiis scriptis. ac omne jus, quod talibus in bonis suis jure hereditario competebat aut competere poterat, voluerunt et mandaverunt ipso facto devolvi ad jus et proprietatem ac dominium Christi pauperum, ad
 25 quorum usum ad ordinationem suam hospitale est, ut supra premititur, instaurandum. porro specificacio bonorum collatorum seu donatorum ad hospitale supra prefatum est hec et sita sunt in hunc modum : quinque aree, de quibus supra in principio fit mentio, ex opposito ecclesie sancti Thome Argentinensis ultra fluvium, qui dicitur die Brüsche ; item quatuor aree contigue site in civitate Argentinensi in Smidegaszen¹
 30 ex superiori parte prope aream monasterii sancte Elysabet, quam Johannes dictus Ehenheim faber habet, ut dicitur, in emphiteosim, et ex alia parte tendunt versus ecclesiam sancti Martini et retro tendunt super cymiterium dicte ecclesie sancti Martini ; item una area sita in Sporergasze² prope Cüntzelinum gladiatorem ex una et Heinricum sutorem dictum de Snersheim ex parte altera ; item una banca panificum dicta eine brot bang an dem dorhuse ex una parte juxta . . dictum Stübenweg et ex alia parte juxta . . dictum Gros Erbe ; item quatuor bance panificum an dem vischebûhele, una juxta bancam Alberti Rülenderlini militis Argentinensis, alia juxta bancam domicellarum dictarum zâm Spiegele ex una et ex parte altera juxta
 35 bancam leprosorum, alie vero due bance site sunt juxta bancam Burcardi dicti
 40

¹ Vergl. Straßb. G. u. HN. i. M. S. 147.

² Vergl. Straßb. G. u. HN. i. M. S. 160.

Phyler militis Argentinensis ex una et ex parte altera juxta Gösselinum dictum Schöp; item redditus octoginta quartalium tritici et siliginis equaliter utriusque minus quatuor quartalibus ejusdem annone, siti in banno ville Husbergen. et quia omnia et singula suprascripta coram nobis et in presentia nostra sunt acta, sigillo curie Argentinensis predictae ad petitionem Johannis et Phyne predictorum presentes litteras communivimus in testimonium rei geste. datum 8 idus maji anno domini millesimo trecentesimo undecimo.¹

H aus Straßb. Hosp. A. lad. 4 nr. 5 or. mb. c. sig. pend.

Gedruckt nach dem Transsumpt in nr. 290 bei Schöpflin Als. dipl. II, 95 nr. 857.

290. *Bischof Johann von Straßburg genehmigt die Gründung des Phynenhospitals und gestattet die Errichtung eines Bethauses in demselben. 1311 Mai 30 Straßburg.*

In dei nomine amen. nos Johannes dei gratia episcopus Argentinensis attendentes, quod pastoralis officii nostri debitum nos inducit curam et operam gerere, qualiter pie et devote nobis subjectorum voluntates donationes ordinationes et dispositiones maxime ad opera caritatis exercenda facte debitum et liberum secundum donantium dispositiones et ordinationes consequantur effectum, devotam igitur supplicationem ex parte Johannis dicti in Kalbesgaszen militis Argentinensis et Phyne sororis ejusdem carnalis nobis exhibitam circa donationem voluntatem ordinationem et dispositionem ab ipsis de bonis suis communibus et divisis pro synodochio seu hospitali de novo instaurando in civitate Argentinensi et elemosinis in eodem distribuendis pro Christi pauperum sustentatione et ipsorum necessitatibus sublevandis pie et devote factam grato suscipimus assensu et favore, quo possumus. amplectimur ampliori, sicut dictorum donatorum voluntas donatio ordinatio et dispositio in instrumento sigillo curie nostre Argentinensis ad petitionem ipsorum sigillato plenius continetur. cujus quidem instrumenti seu littere tenor dinoscitur esse talis: [*folgt nr. 289*]. donationem itaque ordinationem seu dispositionem ac voluntatem Johannis et Phyne predictorum, sicut in dicto continetur instrumento, loco dei et ecclesie nostre Argentinensis predictae eo jure et nomine, quo facta est et quo melius valere poterit, recepimus et voluntatem ac ordinationem et dispositionem ipsorum donatorum in eisdem et omnibus premissis auctoritate ordinaria laudamus approbamus et in dei nomine confirmamus. dictum etiam hospitale seu synodochium cum personis bonis rebus et omnibus suis attinenciis in nostram et ecclesie nostre Argentinensis predictae defensionem protectionem tuitionem et curam suscepimus et suscipimus in hiis scriptis. concedimus etiam, ut pro infirmis in dicto synodochio seu hospitali moraturis novum ibidem construatur et consecretur oratorium, in quo per sacerdotem eidem synodochio seu hospitali deputandum missarum sollempnia peragantur, salvo tamen jure parrochiali, quod in eodem oratorio . . . thesaurario

¹ *Vergl. über die Stiftung des Spitals die darauf bezügliche Notiz Königshofens zum Jahr 1312 (D. St. Chron. IX, 739) und die Ausführungen bei Ch. Schmidt Hist. du chap. de s. Thom. p. 169 ff.*

ecclesie sancti Thome Argentinensis, qui pro tempore fuerit, in cujus parrochia situm est, reservamus ita, ut sibi et ejus successoribus neque in oblationibus neque in funeralibus seu quibuslibet quovis modo debitis obsequiis nullum per hoc fiat prejuditium vel aliquod debitum subtrahatur. in cujus rei evidens testimonium et robur perpetuum obtinendum sigillum nostrum presentibus est appensum. datum Argentine 3 kalendas junii anno domini millesimo trecentesimo undecimo. 5

B aus Straßb. Bez. A. G fasc. 116 or. mb. c. sig. pend.

Gedruckt bei Ch. Schmidt Hist. du chap. de s. Thom. p. 345 nr. 61 nach einer Copie des 14. Jahrhunderts.

291. *Johann von Lichtenberg, Anselm Fürst von Brumath, Voltz von Hochfelden und Albrecht Rulenderlin fällen ihren Schiedsspruch in dem Streite zwischen Symund von Zweibrücken und der Stadt Straßburg. 1311 Juni 17.* 10

Wir Johannes herre von Lichtenberg, Anshelm der Fürste von Brūmat, Voltze von Hochfelden und Albreht Rūlenderlin ratlūte in der missehelle, die jungeher Symunt von Zweinbrücken hette gegen der stat von Strazburg, sprechent zū rehte: sit daz jungher Symunt von Zweinbrücken nūt erzūget het, daz ime die burgere von Strazburg reht verseitent und rehtelos bliben si in irre stat, daz die burgere von Strazburg sin entladen sūlent sin; so verre wil jungher Symunt clagen, es si umbe pfert oder umbe pfenninge oder warumbe es ist, vor meistere und vor rate zū Strazburg, men sol ime unverzogen reht tūn nach der stette rehte von Strazburg ane alle geverde. und sol darauf zwuschent junghern Symunde von Zweinbrücken und der stat von Strazburg eine stete sūne sin. und des zū eime urkunde so han wir unsere ingesigele an disen brief gehencket. der wart gegeben an dem dunrestage vor sancte Johanneses tage, do men von gottes gebürte zalte drūzehenhundert jar und eilf jar. 25

S aus Straßb. St. A. Verschl. Canzlei-Gew. Corp. K lad. 16 or. mb. c. 4 sig. pend. partim laesis. Von der Legende des ersten zu lesen: s. secretum domini Johannis de Lietenberg, des zweiten s. Anselmi dicti Fürst; das dritte zeigt einen Adler im Schilde.

292. *Schreiben des Metzzer Bürgers Johannes de Atrio an die Stadt Straßburg, Schuldforderungen betreffend. 1311 Juli 27.* 30

.. Dilectissimis et preamantissimis dominis suis prudentibus viris et honestis magistro et consilio civitatis Argentinensis Johannes dictus de Atrio¹ civis Metensis dilectus fidelis vester ad omnia vestra beneplacita se paratum. cum vestram circumspectam rogaverim discretionem pro debitis, in quibus estis mihi astricti, pro quibusdam nostris concivibus ab hac luce substractis², de quibus littere ad manus 35

¹ Wohl identisch mit der Familie Jehan de la Court, die später in der Paroisse Jurue erscheint. Vergl. Tabouillot Hist. de Metz III, 202.

² Vergl. nr. 251.

meas devenerunt, nec recognitorium seu littere ad quempiam alium nisi ad me pertineant, quod mihi velletis facere finem, et vos super hiis rectoribus civitatis Metensis quam pluries scripseritis per vestrarum seriem litterarum ipsique rectores me coram eis vocaverint petentes a me, sub quo modo me super hiis intromittere vellem, ego
 5 habito super hoc consilio eis respondi, quod paratus sum et eram vobis reddere et deliberare instrumenta in vestris manibus, facto primitus de hiis pagamento. qui rectores dixerunt, quod hoc sufficiebat nec aliquo modo cogi poteram ad aliud nisi ad quittandum et ad tradendum predicta vobis instrumenta, et quod fantasma eis videbatur, quod aliquis civitatem nostram vel aliam vellet ad rationem ponere super
 10 debito, quod civitas Metensis vel alia deberet alicui, nisi instrumenta ostenderet, nobisque et civitati nostre sufficeret, si essemus ad aliquod debitum obligati per nostras litteras, et satisfaceremus de debito, si nobis littere nostre vel instrumenta super hujusmodi debito redderentur. verum quia inde verba fuerunt inter vos et me et alique ordinationes creantate nec vellem, quod vos seu alter honorabilis persona
 15 me suspectum teneret, seu quod aliquid mali circa hoc cogitarem, sciatis: quam cito a vobis recessi, procuravi istam ordinationem ad effectum deduci cum magno labore ita, quod illud, quod concordatum et creantatum extitit, est sigillatum et roboratum sigillo domini. . Metensis episcopi ac sigillis curie majoris et de sancto Paulo archidiaconorum in ecclesia Metensi de tempore et die ordinationis predictae, de consensu
 20 et creantato personarum, que creantare hoc debebant, quemadmodum in vestra copia et mea continetur. si vero illa concordantia vobis placeat, paratus sum eam sigillatam vobis personaliter tradere seu mittere. sed quia non est solatium sine effectu et fine ad vos recurrere, scire vos cupio, quod postmodum Agnes dicta Chauerson mea neptis nuper diem clausit extremum. sed ob hoc non remanet, quin littere sint
 25 sigillate, ut predixi, et per ipsam, dum viveret, creantate fuerint tempore supradicto. nescio itaque voluntatem vestram, nisi eam mihi rescripseritis. quia ordinatio predicta loquitur ita bene de ipsa sicut de me, et si ordinatio vobis sufficit, ego libentissime vobis mittam eam una cum litteris super debito. et si ipsa vobis non sufficeret, non video, quare sine effectu fatigarer. insuper bene volo, quod vos sciatis, domini mei karis-
 30 simi, quod ego memet ipsum toto meo conamine magis prumptum exhibui fideliter laborando pro concordia inter vestros cives Argentinenses et Metenses quam pro profectu et utilitate, quam expectarem, et ne dampna seu discordie orirentur inter nos, quod sciatis, quod virtute litterarum sex viginti marcharum magnarum dampna rationabiliter potuissent haberi et facta fuissent. unde super hiis mihi tamquam vestro
 35 fideli vestram velitis rescribere voluntatem, qui paratus sum ad vestra beneplacita et mandata. valeat vestra discretio per tempora longiora. et ut premissa ad vestram notitiam deducantur, sigillum meum duxi presentibus apponendum. datum anno domini 1311 feria tertia post festum beate Marie Magdalene.

40 *S aus Straßb. St. A. Verschl. Canzlei-Gew. Corp. K lad. 17 or. mb. c. sig. pend. Die Legende nicht mehr lesbar. Das Stück zeigt eine eigenthümlich flüchtige Schrift, die sonst erst in der zweiten Hälfte des 14. Jahrhunderts hervortritt.*